


**TEXTE : Lectures Cursives****DĒ DOMŌ**

Ubi habitās? Habitāsne in aedificiō? Aedificium est habitātiō, sed hominēs habitant in habitātiōnibus et aedificiīs dīversīs. Sunt quī habitant in domīs. 'Domus' est ūnum nōmen habitātiōnis inter alia nōmina. Alia sunt: casa, villa, diaeta, fundus, et cētera. Domus conclavia habet. Casa est domus parva, in quā sunt paucae conclavia. Conclave est pars domūs, et domus dīvidit in conclavia varia. Villa est domus plūs magna, sed nōn est in urbe. Villa est domus rustica. Habitāsne in īnsulā? Non īnsula in marī, sed in aedificiō nominē 'īnsula'!

Insula est aedificium magnum, in quō multae familiae habitant. Domus in insulā est diaeta. In regiōnibus urbānīs, multi hominēs in diaetās habitant, sed in regiōnibus suburbānīs, plūrēs hominēs in casīs habitant. Alii hominēs habitant in domunculīs subrotatīs, praecipuē in regiōnibus rusticīs. Domuncula subrotata est domus parva et mōbilis, quae rotās habet. Etiam in regiōnibus rusticīs sunt fundī. Fundus est domus ubī habitant agricolae. Agricolae terram colunt.

Quae sunt partēs, vel conclāvia, domūs? Partēs sunt: mediānum, cubiculum, cēnaculum, balneum, et culīna. Quid agunt hominēs in culinā? Coquunt, id est, cibum parant. In mediānō, hominēs solent sedēre et loquī cum familiā et amīcīs, vel tēlevīsōrium spectāre. Cubiculum est pars in quā hominēs dormiunt. In cēnāculō, hominēs cēnant, id est, cibōs comedunt. In balneō, hominēs sē lavant et sellā pertūsā ūtuntur. Sella pertūsa est rēs sordida! In domō meā, sunt tria cubicula et duo balnea. Quid de domō tuā? Domus mea est parva, in quā sunt unum cubiculum et unum balneum. Cubiculum meum nōn est proprium meum, quod frāter meus quoque dormit in cubiculō. Est cubiculum nostrum!

**Vocabula :**

**aedificium, -ī n.** bâtiment  
**agricola, -ae m.** : paysan (syn: **colōnus, ī m.**)  
**balneum, -ī n.** salle de bain (syn **lātrīna, -ae f.**)  
**cēna, -ae f.** dîner, souper  
**cēnāculum, ī n.** salle à manger (syn: **cenātiō, -ōnis f.; trīclīnium, ī n.**)  
**cēnō, -āre (1)** manger, dîner  
**cibus, -ī m.** nourriture  
**comedō, -ere (3)** manger (syn **edō, -ere (3);**  
**conclāve, is n.** chambre  
**cubiculum, -ī n.** chambre à coucher  
**culīna, -ae f.** cuisine (syn: **coquīna, -ae f.**)  
**diaeta, -ae f.** appartement  
**domuncula, -ae f.** petite maison  
**domus, -ūs f.** maison (syn: **habitātiō, -ōnis f.;**

**villa, -ae f. casa, -ae f.; aedēs, -is f.)**  
**fundus, -ī m.** ferme (syn: **praedium, -ī n.; rus, rūris n.**)  
**iētāculum, -i n.** petit-déjeuner  
**īnsula, -ae f.** immeuble  
**mediānum, -ī n.** salon  
**nōminē** vient de nōmen, « du nom de »  
**prandeo, -ēre (2)** déjeuner, manger,  
**prandium, -ī n.** Idéjeuner  
**proprius, -a, -um (adj.)** particulier, propre à quelqu'un  
**sella pertūsa f.** toilettes  
**soleō, -ēre (2)** avoir l'habitude de  
**sordidus, -a, -um (adj.)** sale  
**tablīnum, -ī n.** bureau (syn: **studīolum, ī n.**)

**Responde Latine :**

In quā habitatione habitas?      Est domus tua magna vel parva?      Quot cubicula sunt in domo tuā?  
 Quot balnea sunt?      Habesne cubiculum proprium tuum, aut sunt fratres et sorores in cubiculo suo?  
 Habitāsne in urbe?      in regiōne suburbanā?      In regiōne rusticā?

**Grammatica**

- La déclinaison de Domus, us, f. est irrégulière.

	<b>Singulier</b>	<b>Pluriel</b>
nominatif	domus	domūs
accusatif	domum	domōs
génitif	domūs	domuum
datif	domūi	domibus
ablatif	domō	domibus
locatif	domī (sing. seulement)	